Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

11. Quinam propriè censeantur esse Missionarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

Visual Library

tionem, & Sacramentorum confectionem erogationem? ubi ſi miniſtri deſint, quantu exitium ſequatur eos qui de iſto ſæculo vel n regenerati exeunt; vel ligati? Quantus deniq gemitus omnium! & quorumdam quanta bla phemia de abſentia miniſteriorum & miniſtro rum! vide quid faciat malorum temporaliu timor, & quanta in eo ſit acquiſitio maloru æternorum. Si autem miniſtri adſint, pro vir bus quas eis Dominus ſubminiſtrat, omnib ſubvenitur, alii baptizantur, alii reconcilian tur, nulli Dominici corporis communione frau dantur, omnes conſolantur, ædificantur, exho tantur, ut Deum rogent, qui potens eſt omnia qu timentur avertere, &c. Omnia applicari poſ ſunt pro tempore peſtis, ſed de caſibus tun occurrentibus ſpecialiter loquemur toto ulti mo tractatu.

ARTICULUS XI.

Quinam propriè cenſeantur eſſe Miſſionarii.

CUm Miſſionarii à mittendo ſeu miſſione dicantur, licet intra limites Catholicorum mittantur, interdum tam ſæculares Sacerdotes quàm Religioſi ad diverſos pagos ad prædicandam pœnitentiam, & rudem populum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lum ad meliorem vitam reducendum ; Pro qua miſſione aliquando concedi ſolent plenariæ indulgentiæ, tamen illi tantùm largo modo,& non , prout nunc agimus,dici poſſunt Miſſionarii. Sed illi dumtaxat qui mittuntur ad illa loca in quibus hæretici dominantur , licet ipſis Catholici vel in magno , vel in parvo numero ſint admixti.

Quo præſuppoſito inquiri poteſt , qualis miſſio requiratur ad hoc ut ſic miſſi uti poſſint facultatibus concedi ſolitis ſtrictè dictis Miſſionariis Utrùm ſufficiat ſi tantùm dicta loca pertranſeant ſine ſpeciali miſſione. Aut etiam quod certis temporibus vadant ad pagos hæreticorum causâ prædicandi , uti fieri conſuetum eſt à diverſorum ordinum Regularibus , obſervantibus antiquas ſuas ſtationes v.g in Majoria Sylvæducenſi , aut Marchionatu Bergenſi,& ſimilibus. Aut tandem : Utrum ſaltem illi qui in illis pagis agunt Paſtores , ſive ſint ſæculares ſive regulares : Et in ipſorum parentibus nihil exprimitur niſi id quod exprimi ſolet in patentibus Paſtorum , in partibus Catholicorum exiſtentibus.

Reſp. Non ſufficere illac tranſire niſi etiam pro ſolo tranſitu concedantur facultates, ab illis,quibus commiſſum eſt illas aliis concedere. Et idem dicendum puto de terminariis Religioſis,qui in dictis pagis obſervant annuas ſtationes ſuas , quas ab antiquis temporibus ibi habuerunt. Iſti enim non ſunt verè Miſſionarii,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rii, nec habent ibi permanentem locum, deputati nec verè miſſi pro propaganda fid[e]

Aliter tamen loquendum eſt de Paſtorib[us] ab Epiſcopis deputatis & verè inſtitu[tis] in pagis, qui veri dici debent Miſſionari[i] & conſequenter frui poſſunt illorum [fa]cultatibus; pro majori tamen cautela co[n]ſultum eſt, ut illas petant ab iis, q[ui] tamquam Vicarii, vel tamquam Præfe[cti] à Summo Pontifice ſeu S. Cong. poteſtate[m] habent tales facultates aliis communicandi.

ARTICULUS XII.

Vtrum omnes Miſsionarii ſint Paſtores.

ALiud eſt eſſe Paſtorem ſeu Parochum ex Officio, & aliud eſt habere facultatem ad Paſtoralia adminiſtranda. Quoad primum, Eccleſia in aliquibus locis & temporibus nullam facere ſolebat differentiam, ſed omnibus Miſſionariis permittebat indifferenter pro zelo ſuo operari, ſine ulla diſtinctione inter ſe. Et hoc propter graviſſimas perſecutiones; dum ne quidem Catholici in partibus hæreticis tuto habitare poſſent, & ſic non minus quàm ipſi ſacerdotes latebant: in illis ergo circumſtantiis nulla erat diſtinctio Paſtorum ab

aliis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN